

Ducatus et vestrorum Commodorum studio fungamur. Qua autem
de reliquo à Sa Mte in mandatis habemus alio commodiori tempore
Amplis Vris referemus.

Commissionis Litterae

Sigismundus 3. Dei gratia Rex.

Significamus presentibus literis nostris, quorum interest uniuersis &
singulis maxime autem Magis Gno^{sis} Nobilibus Spectabilibus &
Famatis Ducatus Prussiae Consiliarijs Ordinibus et Statibus. Quod
nos pro nostra sollicitudine commodis et immunitatibus Statuum et
Ordinum atque ipsis rationibus Ducatus Prussiae providere cupientes,
antequam possessionem Feudi Ducatus Prussiae Illmo Principi
Dno Georgio Wilhelmo 5. Rom. Imperij Archicamerario et Electori
Marchioni Brandeburgensi in Prussiae Duci cognato nostro decer-
neremus pro more et instituto certos Commissarios nostros depu-
tandos designandosque decreuimus, prout quidem designamus et de-
legamus Gnosos Lucam Siera Lowsky Castellanus Landensem
Venerabilem Christophorum Carolum de Kadranowo Nisrezycky
Archidiaconum Plocen^{is} Majoris Cancellariae Regentem, Jacobum
Szepansky Succamerarium Culmen^{is} Graudentinen^{is} Mirachouien^{is}
Capitaneum Camerae nostrae Cubicularium Stephanum Sadorsky,
Secretarios nostros Syneri et Fictio nobis dilectos, ipsidemque unig
uel alterius absentia non obstante plenam et commodam faculta-
tem tribuimus Querelas Ordinum cognoscendi, controversias audiendi
factorum feudaliu^m integritati consulendi, decisiones facienda,
recessus praeteritos et Decreta nostra exequendi, officia vacantia
et quibus ex praescripto iuris promissum non sit ad nostramque ea
deuoluta sunt collationem, conferendi, et quae nostra statu eis
instructis concedit et injungit tam publice cum uniuersis Or-
dinibus quam priuatiu^m cum omnibus et singulis tractanda, atque

ca omnia agendi, quae vel ad officium uniusquod illorum, vel
dignitatem nostram, Regni nostri ac Ducatus Prussiae pertine-
re videbuntur, etiamsi tale quippiam incidere, quod nostro speciali
mandato se iure exere videretur, quod nos ad omnium & singulorum
notitiam deducendo, maxime autem commemorati Ducatus Ordinem
universorum et singulorum, ut supra memoratis Commissariis nostris
eandem fidem honorem, obedientiam omnibus in rebus ad delegationem
commissionemque hanc illorum pertinentibus praestent quam si ipsi pra-
esentes essemus, prestare nobis deberent, praesentibus hisce hortamur
mandamusque, maioris fidei causa hasce manu nostra subscripsimus
Sigillisque Regni nostri muniri mandavimus. Dato Varaviae die
mensis Februarii Anno Domini 1621. Regnorum nostrorum Polonia
34. Suecia 27 anno.

Sigismundus Rex.

Jurisdictionis Commissarialis fundata et publicata
ac hujusmodi admonitio facta

Amanter etiam praemonitus volumus Amplis. Vras velitis ad pra-
esentis conventus consilia charitatem mutuam debitum Studium
erga Rem. Altiss. Dni. Vram clementiam et velut parentem amorem
patriam et communis eiusdem boni velum adferre, ac extra hinc re-
locis privatis pretensionibus, et si quae fieri possent dissensionibus
tam id solum agere, quod pietas ac patria amor et studium ab ipsis
requirit, juraque et privilegia Ducatus hujus concernit. Quod si con-
tingeret, quod non speramus, ut aliquis contra privilegia et iura
Ducatus, ac ipsa pacta feudalia aliquid movere audeat, noverit
legi contra turbatores patriam sanctae illos subiectos fore.
Atque inprimis Amplis. Vris proponendum venit, quod ex volun-
tate S. R. Altiss. Dni nostri clementissimi proponamus supplere
officia vacantia numerumque Ducatum Consiliariorum Terrestrialium:
expedire enim videtur, ut ardua negotia quae Amplis. Vris a nobis
ex mandato S. R. Altiss. proponuntur pleno numero praesiden-
tiam et dirigentiam pro veteri instituto provincia hujus.